in bonis eius ville Rytharowicze cuiusque ibidem existentium posuit et reliquit possessionemque dicte Cittoris factori et familie eiusdem curie ac incolis eiusdem ville iuxta iurisformam publicavit et ad noticiam deduxit que ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit

Intro non est admissa in triplicatis vadys per Therleczky pop Thurzansky

Ministerialis terrestris premisliensis providus Thymko Zulke de sub castro premisliensi una cum nobilibus Waslo Nyehrebeczky et Thymko Nyehrebeczky secum comparens coram officio et actis presentibus castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue recognovit quia feria secunda post festum sancti Jacobi apostoli proxime preterita anno presenti dum missus equitaverat cum triplicatis vadys per officium castrensem premisliensem vallatis et interpositis ad intromittendum nobilem ac religiosum Thuath pop Thurzanski actorem et iure victorem in bona vigilie Cmethones tres sortis vel le lubochowo nobilis ac religiosi Jaczko pop huius vigore plurimum ac vadiorum super ipso Jaczko pop in iudicio castrensi premisliensi occasione non admissi intromissionis in tres Cmethones in villa sortis lubochowo extunc ipse nobilis prefatus premissum vadia triplicata litteralia scripta sub titulo et sigillo officii castrensis premisliensis in curia ville sorte Therle posuit et reliquit ac de eisdem vadys triplicatis facto ri et familie eiusdem curie publicavit et ad noticiam deduxit extunc dum et quando voluit prefatus nobilis unacum dictis nobilibus multis eorundem vadiorum triplicatorum per officium castrensem premisliensem vallatorum et interpositorum intromissionem ex parte actorum in bona prefata vigilie tres Cmethones sorte ville lubochowo acceperit extunc eadem intro per nobilem [illegible] ipsius Jaczko nomine et ex parte prefati Jaczko pop non est admissa nunc tenere denegata que ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit nobilesque prefati relatis ipsius nobilis recognitione personali attestati sunt

Intro non est admissa per Stadniczky Zagorsky

Ministerialis terrestris premisliensis providus Fryedasz de Chlaplie unacum nobilibus Luca Kamyensky et Stanislao Dambrowsky secum comparens coram officio et actis presentibus castrensibus premisliensibus stans personaliter in vim relationis sue recognovit quia feria tercia post dominicam letare proxime preterita presens fuit cum dictis nobilibus in bonis ville Radynycze tenutariis nec feria tercia post dominicam iudica proxime preterita anno presenti in bonis officii Zmygrod hereditariis Quensi Marci Stadnyczky hiis propriis dum et quando nobis Franciscus Zagorski iuxta decretum iudicii castrensis premisliensis voluit acceptare intromissionem in bona ville Radynycze tenutae et in oppidum Zmygrod huius iuxta inscriptionem castrensis premisliensis obligatoriam in summa

nulle ducentorum florenorum per prefatum Marcum Stadnyczky prefato Francisco Zagorski inscriptis alias prout de premissis inscriptio obligatoria quam et decretum iudicii castrensis premisliensis lacius obloquuntur quoque intro in bona prefata eidem Francisco Zagorski per factores in prefatis bonis presentes existentes nomine et ex parte prefati Marci Stadnyczky domini sui non est admissa nunc tenere denegata que ita et non aliter fieri ipse nobilis recognovit et nobiles prefati relatis ipsius nobilis recognitione sua personali attestati sunt

Oblat sunt litere sacre Regie salvi conductus ex parte Thome Aromatary premisliensis

Oblate sunt litere papirae sacre Regie nostre sub titulo et sigillo eiusdem in toto salve et illese salvi conductus ad officium et acta presentia castrensis premisliensis ex parte Thome Aromatary premisliensis petitumque est ex parte eiusdem eas litteras salvi conductus in acta castrensis premisliensis inscribi et actari officium itaque castrensis premisliensis visa iusta petitione prefatas litteras suscepit actarique admisit quarum litterarum tenor est talis

Sigismundus Augustus dei gratia Rex Pol. magnus dux Lithuanie Russie Prussie Mazovie Samogitie etc. dominus et heres

Significamus presentibus litteris nostris quorum interest vestris et singulis quia nos supplicationibus certorum consiliariorum nostrorum pro famato Thoma Aromatario cum premisliensi adducti cum aperte inimicitie a quibusdam denunciantur adeo quod de vita sua periclitatur ipse salvum conductum nostrum Regium et omnimodam securitatem a vi et potentia personarum quarumvis dandum et concedendum duximus damus et concedimus harum serie litterarum huic ad decursum quatuor annorum ita tamen ut de se querentibus iure competenti cui subest respondeat et sese iustificet quoque salvo conductu nostro fretus negotia quevis sua licita et honesta in regno nostro peragere negotiationes exercere ac ubique tuto versari sine quovis metu et perhorrescentia posset et valeat personis rebusque suis omnibus salvis et sub protectione nostra Regia interim permanentibus quod ad universorum cuiuscumque dignitatis officii et integritatis subditorum nostrorum notitiam deducimus Mandantes ut hunc salvum conductum nostrum in omnibus conditionibus clausulis et articulis inviolabiliter observent et manu teneant atque voce publica proclamari et ad noticiam omnium deduci curent secus pro gratia nostra et sub penis inviolatoris salvi conductus nostri salutes non facturi In cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum datum Lublini in Conventu Regni generali die XX mensis Junii anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto Regni vero nostri XXXVI Valentinus Dembienski Rep. Cancell. [illegible]

Dilo nigro Valentini Dambienski a Dambiani Regni Pol. Cancellarii etc.

Protestatur Zamiechowsky con succeres olim Stanislai Lowieczky

Actum in castro premisliensi feria quinta post festum sancti Bartholomei apostoli proxima anno 1566 sexto

29/XIII.